Bulla Quaruz decimarũ in terris eccleſie mediate uel imediate ſubiectis ſuper officiis eccleſiis & beneficiis impoſitaruz ꝑ expeditiõe contra Turcas.

Adrianus Epũs ſeruus ſeruorum dei ad futuram rei memoriam. Etſi ad ampliã
da eccleſiarũ omniũ cõmoda & cunctorum fideliũ ꝑſertim
clericalis ordinis incremẽta felicia nr̃a ſemp aſpiret intentio/
nulliſq; eos incõmodis afficere uellemus/urgente tñ redem
ptoris dñi nr̃i Ieſu xp̃i & ſanctoꝝ omniũ cõtumelia/pericu
lo & irreparabili ruina / quã toti Chriſtiane Reipublice & ꝑ
ſertim populis Ciuitatum terrarũ & locoꝝ nobis & ſancte
Romañ. eccl'ie ſubditoꝝ imminere conſpicimus/cõtra pro
poſituz noſtrũ cõpellimur pro ſacris dei templis & ſacerdo
tio ab opprobrioruz diſcrimine liberandis / populorũq; no
ſtrorũ ſalue tutanda / a Subditis nr̃is oportuna ſubſidia exq
rere/ſperantes indubie quod pro defenſione uere fidei quã
profeſſi ſunt/ac ſuis & Reipublice Chriſtiane periculis eui
tandis/de facultatibus eis a deo creditis ſubuenire curabunt
& ad hec meritoria opera reddẽt ſe multipliciter pronos &
liberales. Sane cum pfidiſſimi Turci Chriſtiane Religiõis
inimici aduerſus ipſam religionẽ eamq; profitẽtes / Sathane
uexillum improba temeritate erexerint/ & tot cruentiſſimis
ſtragibus iacturis & damnis per eos Chriſtianis populis re
troactis tẽporibus illatis/ac Regnis / Prouintiis dominiis
Ciuitatibus & locis Xp̃ianorum captis & obſeſſis non con
tẽti / nec ſparſi ſanguinis fideliũ multitudine ſaciati ſed ſicut
cunctorũ fideliũ oculi intueri poſſunt fundendi ſanguinis il
lorũ ardore cõtinuo eſtuãtes/& omni conatu reliquas xp̃ia
nas Regiones ſue tirannidi & ſpurciſſime ſecte / ſubiicere
querentes/Superiori anno diſcordiarũ & diſſenſiorũ inter

Cauſa impoſitionis decimarum.

expreſſa/uel totaliter nõ inſerta effectus earum impediri ua leat/quomodolibet uel differri / & de quibus quorũq; totis tenoribus de uerbo ad uerbum habenda ſit in noſtris litteris mẽtio ſpecialis. Verum quia difficile foret / preſentes litte ras ad ſingula loca in quibus expediens eſſet deferre /etiam uolumus/ & auctoritate apoſtolica decernimus : ꝙ earũdẽ litterarum Tranſumptis/manu alicuius Notarii publici in de Rogatis ſubſcriptis/ & Sigillo alicuius Prelati/eccleſiaſti ci ſeu Nicolai Epi & Cardinalis ꝑdicti munitis ea prorſus fides indubia in iuditio & extra illud ac alias ubilibet in om nibus & ꝑ omnia adhibeatur/ que preſentibus adhiberetur/ ſi eſſent exhibite uel oſtenſe. Nulli ergo omnino hominũ li ceat hanc paginam noſtre indictionis impoſitionis denun ciationis uoluntatis/declarationis ſtatuti hortationis moni tionis mandati/ derogationis & decreti infringere uel ei au ſu temerario contraire . Si quis autem hoc attẽptare preſum pſerit indignationem Omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum . Datũ Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis domi nice Milleſimo quingenteſimo Vigeſimo tertio.

Fides adhibẽda trãſumptis.

Quinto Id Martii
Pontificatus noſtri Anno
Primo.

T. Hezius.

b15220397k